Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Aprilis 1563

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

APRILIS

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

Venit ad nos Lodouicus ab Herrera, qui in Zerbe Insula
50 à Turcis captiuus miserè erat detentus. Et Neapolim hinc
propediem profecturo, ac proinde uobis se comendari suppli-
citer oranti, Nos, pro solita nostra in eiusmodi hoēs
tam iniqua fortuna p̄ter meritum suum usos benignitate,
deisse planè non potuimus. Petimus itaq; sedulò et benigne ite
Vos hortamur, ut, si ulla erit occasio, inter uestras illum
stipendianos milites, uel alium quempiā, apud Vos locū,
in qua Vobis eius opera uti potissimum libuerit, ipse
autem cōmodius alatur, uti à nobis cōmendatur benigne
suscipiatis foueriq; curetis. Etenim eare Vestrae cum
pietatis, tum in Nos studij et optimae Voluntatis indicium
preclarum exhibebitis, eodemq; officio nostrā in Vos beneuo-
lentiam plurimum accumulabitis. Dat. Viennae 2 die
Aprilis Anno ꝯ MDLXIII°.

Ad Vicerregem Neapolitanū. Vt Lodouicū ab Herrera
inter stipendianos suos Milites suscipi ~~foueriq;~~ curet.

Sa: Rom: Caes. M^tus

XII 51 Praescriptam à Caes. V. M^te literarum formulam, qua suo Romae agenti Oratori, Comiti Prospero ab Arco, ratione scripturarum desideraturum, ob quas hucusq; dilata fuit mea ad summum Ponti: Legatio scribi posset eqdem pro filiali mea in eandem M^tem obseruantia et cultu, diligenter admodum perpendi et discussi. Neq; dubito, quin V. M^tas meas quoq; proximas literas, ac ex ijs meam de eodem negotio oppinionem nunc acceperit; et quam item ualdè, nisi hoc unum obstet eam maturari Legationem ipse cupiam. Ex earundem literarum fine satis intellexerit: quandoqdem tamdiu praesertim protractam diutius differri debere minimè existimem.

Veruntamen re etiamnum plenius et accuratius considerata apud me quidem dubium est planè, expediat ne vel minimum summo Pontifici praebere indicium, ex quo iam dictas scripturas à Nobis desiderari deprahendat: Atq; adeo meo qdem simplici at ex filiali planè obseruantia profecto Judicio omnino consuluerim, nec illam quoq; rationem, quae de conferendis scz. utrinq; scripturis proponenda Nobis antea uidebatur, porrò ineundam esse, animaduertens,

miram illorum hominum astutiam, callidaq; inprimis consilia, quibus ad id ipsum suspicandum facile induceretur, quod V. Mtus prudentissimo sane, paterno et fideli consilio aperte illis declarandum suadet.

Etenim Clementissime Caesar, atq; idem Dne ac patrumantissime, siue aperte siue simulate eousq; prolabamur, nihil plane certius est: quam illos oi adhibita fraude ac dolo, animum in hoc totum esse intensuras, ut rem ea ratione instituant, (q non a me solum, (quod eqdem ualde uereor) nec acceptari neq; comprobari defendiue ullo modo pit: sed V. etiam Mti aduersa ualde esset futura.

Qua ex re eo maior inter me et Pontificem esset oboritura dissensio, quo plus hinc psidij atq; occasionis suae Sti suppeteret, ad Normae a se arctius astringendum: pro antiqua falso assertae me arctius astringendum.

Quod ipse si recusarem, sua Sta eidem sententiae mordicus inhaerente, et fortasse ex ijs, q deprompsisset, defensionis aliquam spem suo consilio ptendente: quanto huic grauioribus dissidijs materia suppeditaretur, quam si in tempore puisum esset, V. Mtas pro summa sua prudentia probe cognoscit.

Eiusmodi autem uersuta Consilia nobis certo esse expectanda, pluribus sane atq; ijs nonnullis ita recentibus exemplis admo-uemur, ut copiosiori preteritorum examinatione uel enumeratione iam nulla sit opus, apud V. Praesertim Mtem cui ea ipsa experientia plus satis perspecta sunt et comperta.

Ad haec diligenter item Caes. O. Mti considerandum incidit, quam ex eius authoritate atq; excelsa dignitate foret, adeo nude rem agi, ut ne unam quidem literam, de rebus tanti momenti, uel ab annis paulo pluribus triginta, in eius Archiuo superesse intelligatur: atq; id non Romae solum, uerum (quando illic cessari nihil pt.) multo etiam magis in Germania, tam a Catholicis quam Augustae Confessionis Electoribus ac principibus, maxime in eiusmodi causa, quae summam totius Imperij dignitatem et excellentiam concernat, ubi non pnta tantum spectantur, sed futura etiam in controuersiam uocari soleant: Quae certe res etiam atq; etiam me mouet, ut omnem in ea cogitationem, (uti sane debeo) posuerim, nihilq; magis cordi nunc habeam.

Nam si hac presertim tam iniqua, doliq; plena, et puersa aetate eo in casu, in quem unum magnatum fere omnium oculi sunt coniecti, error aliquis, uel aliud quidpiam preter ordinem et

decorum à Nobis committeretur, iam statim V. Mtas pro sublimi
sua sapientia sentit, ac ob oculos quodammodo uidet, quãtam id,
tam extra q̃ in Imperio, mox sub initium meæ inaugurationis,
animis à me abalienandis causam p̃buerit.

Quapropter Cæs. V. Mtem reuerenter atq; impense rogo, ut
à me, paterno et clementi animo suscipiat, non priorem solã
meam sentiam, ex hisce non iniquis et grauibus ex causis esse
mihi cõmutatũ; q̃ cæteras etiam supra enumeratos
rationes. quibus inductũ me esse, quo minus lr̃as
eo tenore quo V. Mtas p̃scripserat conscribendas et con
ficiendas nunc q̃dẽ curauerim, p̃ filiali meo obsequio
significata uolui.

Ex his igitur omnibus, cum proficui aliquid aut solicidi, cui
nos tuto fidamus aut incumbamus, istis quidem iam dictis
modis Roma conquiri posse, ipse sperandum nihil uideam,
equidem omnino putauerim, de his porro nihil tractandum
aut petendum, sed Pontificem libere adeundum, et eiusmodi lr̃as
ad dictum Comitem Prosperum scribendas esse, quæ in Archetypo
Eius Sancti tuto exhiberi possint: eo uidelicet ordine et ratione: ut pri
mum hæc mora in legatione expedienda à me tractata excusaretur.
Dein Eius Sti significaretur me quidem omni studio curasse
omnemq; operam adhibuisse, ut cum Orator quamprimum able-

garetur, tum ne quicq̃ etiam Reliquorum, quæ summo Pontifici eiusmodi in casu à Romanorum Rege merito præstanda, et à nostris etiam Antecessoribus esse præstata nouimus, in me desideraretur. Et confidere me omnino, si p̃ter illa officia, quæ iam antea in Coronatione mea egi, debita insuper et conuenienti p̃fatione et oratione præmissa, iuramentum eo tenore, quo in schædula, sub A signo hisce inserta annotatur, exemplo meorum Antecessorum simili in casu, p̃stitero, Eius S^tem satis superq̃ eo contentam, amplius quid à me non esse exacturum. quemadmodum etiam re uera in hoc nihil ambigo. Veruntamen consultius iudico, non nisi de re penitus certificato et securo à me oratorem dimitti, ut eo modo oīs dissensio et cauillatio, quæ intercidere forte posset præuertatur reiq̃ tractandæ successus facilior et expeditior nobis paretur.

Posse item et illud mandari, ut oblatis iam dictis Pontifici officijs meis, quid ad ea S^tas Sua responsum sit animum Comes diligenter intendat.

Priuatis uero l^ris eidem Comiti scribi et iniungi possit, ut Pontifice diuersam fortasse Juramenti formam p̃tendente, ipse de ea exhibenda, apud S^tem Suam instanter satagat, neq̃ quicq̃ eorum negligat, (suppresso tamen penitus defectu meo.) q̃bus S^tas Sua ad eam tandem depromendam induci queat.

In hoc autem caute et prouide attendat: ne exemplis solum aut alia quadam eius rei specie imponi sibi patiatur, sed de exhibitis diligenter et sigillatim inquirat, à quo, et quando, et ubi

prodierint vel statuta fuerint, ut postea quæ authentica esse compererit, ad nos quamprimum transmittat. Quin nec illo quoq; satisfactum sibi putet Orator, si Pontifex sub generali ac benigna aliqua pollicitatione fore ut adueniente Oratore, res q; inter ipsos facile componatur, promiserit: Sed quæ ad plenam potius et securè rei aggredienda instructionem requirantur, Eius Sti idem fidem inculcet atq; repetat.

Quod si his autem Pontificem à sua sententia abducere non posset, non abs re fortasse fuerit, ut tri fratris sui Comitis Scipionis, quem adeousq; illusum dimiserint, ut promissa ei documenta, quæ ad se iam Ab Vrbe profectum mitti debebant, ne in hunc quidem diem missa fuerint, qua poterit, modestia opportune obyciat.

Et sanè sic confidenter speraueram ista ratione Pontificem eo demum permouerij posse, ut aut hanc iuramenti formam, Cuti certe merito debet omnino comprobet, ac uti sufficientem acceptet: aut in eiusmodi aliquam cum Comite Prosspero disputationem desiendat, unde eius quod adhuc desideramus consequendi tum comodior, tum honore et authoritate nostra dignior occasio summeretur.

Quod si tum Authenticum aliquid aut fide dignum exhiberetur, eo opportunius institutum V. Mtis ac meum prosequeremur: sin minus: et ~~totus~~ dolus aliquis suppositus suboleretur integrum mihi foret, in ea uel concedere uel recusare. Neq; id insolitum fuerit, cum S. Cæs. V. Mtas non ignorat, quæ pari in negotio difficultas, inter Carolum V. Imp. felicissime: patruum meum amantiss. et Clementē VII Pont. Max. Bononiæ intercesserit, et Cæsari demum ipm cessisse Pontificē.

Hæc ferè sunt, quæ accurata et diligenti admodum examinatione habita, ad rem conductura, et ad V. Mtis propositum mihi sententiam pro filiali mea obedientia respondenda existimaui: denuo et constanter quidem affirmans atq; offerens, ut primum de Juramento res fuerit transacta, me, quod mei erit officij, omni debita obseruantia et studio libentissime sane ex prosecuturum.

Prius autem Clementissime Cæsar, Dne et pater obseruandissime, quam hæc oia illic plene curata fuerit, si oratorem eo dimiserimus planè et Vestræ Maiestatis et meæ quoq; existimatio pessimè consulemus: imo toti etiam Christianæ Reip. fabula erimus, ex quo multa maior rerum perturbatio, plus item odij atq;

dissidij quam si alia aggrederemur certo sint conse-
cuturum.
Sed haec tamen singula, salvo augustiori et paterno
V. Mtis consilio in medium adducta volo. Dat Vien-
nae 5 Aprilis Anno M D LXIII.

Ad Caesarem. In caussa legationis Romanae.

Maximilianus &c

Maximilianus &c. Etsi nihil dubitemus ex illustrissimi Bavariae Ducis
fratris et consanguinei nostri charissimi Tris et commen-
52 datione V. Serenitati Pstantis illius Jurisconsulti Francisci
Joannetti eruditionem singularem, virtutesq; alias eximias
iampridem probe esse cognitas: tamen is est eiusdem ducis
in nos amor et studium, nostraq; in Eius Dilectionem beneuo-
lentia, ut ei tam sedulo psertim idipsum petenti nos bene-
volè annuentes, dictum Joannetum nostro etiam noe V. Serti
magis aliquanto commendatum magnopere exoptemus.
Cum igitur illum à V. Serti adeousq; liberaliter antea com-
plexum esse intelligamus, ut eum iam ante annos abhinc
quatuor, si occasio ferret, vel in amplissimum Medolani
Senatorum ordinem, elligendum: vel Ecclesiastica aliqua

dignitate exornandum clementer consenserit. Eius autem uitae ratio
interea ita sit instituta, ut eiusmodi clementi sibi delata optione
quo minus gauaere porro possit, hinc quidem uxor ducta: illinc
uero Sedes in Bauaria fixa nunc obstent. Petimus ab eadem
V. Ser.te maiorem in modum, ne tantae in illum benignitatis
fructus omnino pereat, quicquid id fuit fauoris et gratiae
ipsi antehac concessum, uel in honestam saltem pensionem, quae
annua illi in posterum pendatur, ab eadem V. Ser.te benigne
commutari. Etenim hoc uno beneficio non illius solum iuri,
qui iamantea V. S.ti addictiss. eiusq; commodi et dignitatis
latissime propagandae studiosissimus semper fuit, animum
studium, operamq; omnem mirifice excitabit, sed communi
etiam Reip. cuius maxime interest hoies sibi tantopere
usui ornamentoq; futuros foueri et euehi, illustre liberalita-
tis exemplum de se pdicandum relinquet. Nobis uero,
non minus ac ~~ff~~ dicto Illustriss. Bauariae Duci, ita gratu
acceptumq; id fuerit, ut, tanq; in nos ipsos collatum libenter
sane et beneuola animi gratitudine simus agnosceturi.
Quod reliquum est quecunq; ab amantissimo sui fratre et
consanguineo expectet officia V. Ser.ti sedulo deferimus. Cuius
ualetudine, res et consilia oia Deus opt. Max. perpetuo custodiat
et fortunet. Dat. Viennae die VI Aprilis Anno 63.

Ad Regem Hispaniae. Lra commendatitiae pro Francisco
Ioanneto Vt in ampliss. Mediolani Senatorum
ordinem deligatur.

Maximilianus &c.

53 Et fauere iamantea V. Dem. pstantis viri Nicolai Lombardi rebus arbitramur: et huius etiam liberos tam ob plurima patris merita, q̃ nostro etiam nomine, qui eidem V. Di. nuper utrosq; diligenter commendauerimus charos commendatosq; habere nihil dubitamus. Illius aut filium Pompeium Iouenem patre illo dignissimum, et optimæ suorum expectationi egregie respondentem, cum non minori, quam ipsum Patrem benignitate prosequamur eum nos V. quoq; Di. singulariter comendatum esse inprimis desideramus. Itaq; si in hoc iuuando nostræ quid authoritati V. Do. concesserit: eqdē gratum id ualde nobis fuisse, ut eadem V. Do. aliqn. intelligat, libenter curabimus. Cui pterea diuturnā incolumitatem à Deo precamur. Dat. Viennæ 6 Aprilis. Anno 63°.

Ad Gubernatorem Mediolani. Ut Pompeiū Nicolai Lombardi filiū comendatū habere uelit.

Maximilian par la grace de Dieu Roy des Romains et de Boheme &c.

54 + Nous auons receues vos deux lettres Lune du 26e. Laultre de penultiesme de Mars Et pareillement

bien entendu les advis et nouvelles en icelles encloses, lesquelles nous ont esté fort agreables. Pourtant demandons de nous participer semblablement de tout ce que doresnavant tant de France que daultre part entendrez et digne estimerez que nous sçachions. Enquoy vous ferez nostre tresbenigne volunte, ce que envers vous gratieusement declarerons. Donnees a Vienne ce 6e jour d'avril 1563.

Au pmier feal et bien aymé Herosme de Cock Secretaire de sa Mate de l'empereur

Maximilianus etc

XIII 55

Etsi camdudum de Oratore uestro, ad S.D. Pontificem Max. maturius ablegando plurimum cogitauimus: tamen cum ob uaria et ardua, quae itentidem nobis interciderunt negocia, cum quod ea, q̄ ad absolutam eiusmodi Legationis expeditionem spectant, plenè confecta nondum essent: hucusq; sane p̄ter nostram uoluntatem differri necesse fuit. Quare ne longior etiam nunc mora traheretur, tibi, ut caius fides et integritas, eximiaq; in rebus quibusq; grauibus agendis industria, nobis est probè

perspecta, priusq; ad id negotij Oratorem speciatim à nobis delegatum dimittamus, quicunq; porro ad plenam eius Instructionem necessario pertinent, istic sedulo explicanda conficiendaq; et nobis postea quamprimum significanda benigne committimus. Itaq; ast elementer petimus ut tam diuturnam nostram dilationem primò omnium apud Eius Stem enumeratis iam dictis, et q porro tibi uidebuntur adducenda, moræ causis, nos sedulo et pro summo nostro in eam obsequio excuses. In eo enim omnem nos operam adhibuisse certò affirmabis, ut hac legatione, quamprimum liceret, expedita nequicq; præterea eorum quæ de cætero Eius Sti eiusmodi in casu, à Romanorum Rege meritò præstanda, et à nostris quoq; Antecessoribus præstata nouimus, in nobis desyderaretur. Et confidimus planè, si præter illa officia, q iam antea in Coronatione nra exhibimus, debita insuper et conuenienti præfatione et oratione præmissa. Iuramentum eo tenore, quo in Schedula sub A Signo hisce inserta annotatur, exemplo nostrorum Antecessorum in simili casu præstiterimus. Eius Stem satis superq; eo contentam, amplius quid à nobis q non esse exacturam. De cætero omnem Eius Sancti debitam à nobis

D.

Observantiam, summamq; animi nostri devotionem referenter in primis deferes: Fidemq; nobis quam diligentissime commendes, exoptatam omnium rerum felicitatem à Deo nostris verbis precaberis. In his autem singulis, sic eam fidem et diligentiam, quam tua nobis virtus et dexteritas certo pollicetur, prestiteris: et officium erga nos tuum, et rerum erga te benignitas plurimum adaugebitur. Dat. 1 Aprilis Ao 63°

Ad Comitem ab Archo. de legatione Romana.

Maximilianus etc.

XIV. Quae causa fuerit, cur nostram ad S.D. Pont. Max. Legationem hucusq; distulerimus, sane te ignorare non arbitramur. Et quoniam in eo, quod tu quidem hac in re consulueras, ut à Pontifice sc. ipsos scripturae, quae à nobis defederantur, libere peterentur, multa consideranda inciderunt, cur in id minus consenserimus: Singularibus ad te praeter has, scribimus litteris, quid de re dicere quidem deliberata agendum tandem statuerimus. Quibus tu litteris probè instructus, commissum tibi à Nobis Eius Sti commodius exponas, et literas ipsas, si necesse erit, in Archetypo inspiciendas exhibeas. Quod etiam, ut ea,

56

ist bereits bei Sickel ed. p. 423

qua potes, summa Industria, diligentia et dexteritate saba
gas, benigne abs te requirimus: quemadmodum pro singulari
tua in Nos fide et observantia facturum te esse nihil
diffidimus. Eum igitur in modum, quem in dictis
literis prescripsimus re demum proposita, quid ad ea ea
dem Sctas sua sit responsura animum diligenter in
tendas. Et, si Eius Sanctus diversam fortasse Jura
menti formam pretendat, tu de ea tibi exhibenda apud
ipsam sedulo instes, neque quicquam eorum negligas,
(suppresso tamen penitus eo q hactenus nobis obstitit
scripturarum defectu) quibus Sactas sua ad eam tan
dem suaptesponte depromendam adduci queat.
In hoc aut cauté et providé animadvertas ne exemplis
solum scripturarum, aut alia quadam eius rei specie
imponi tibi patiaris. Sed de exhibitis diligenter et sigil
latim inquiras, à quo, et quando, et ubi demum prodi
erint vel statuta fuerint, ut postea, quam authentica
esse compereris, ad nos quamprimum transmittas,
Quin nec illo quoque satisfactum tibi putes, si Pontifex
sub Generali ac benigna aliqua pollicitatione: fore
videlicet, ut adveniente Oratore res utrinque facile

componatur promiserit. Sed q ad plenam potius et rei securè aggrediendæ instructionem requiruntur, Eius Scti idem idem inculces atq; repetas. Quod si his autem Pontifex à sua sententia abduci non posset, non abs re fuerit, ut tum exemplum fratris tui Comitis Scipionis, quem adeousq; illusum dimiserint, ut promissa sibi documenta, quæ ad se iam Vrbe profectum milli debebant, ne in hunc quidem diem missa fuerit, qua nosti, modestia, opportunè obijcias. Postremo, quicunq; insuper ad rem celerius et opportunius pagendam conductura, tua tibi industria et prudentia suggeret ~~ut~~ ea abs te sedulò adhiberi summopere desyderamus. Erit inter cætera tuæ in nos complura obseruantiæ studia, ita gratum, ut nram ad te ornandum pronam benignamq; mentem et voluntatem uberiori aloqn fructu, libenter tibi simus testificaturi. Dat. Viennæ 7 Aprilis Anno 63°

Ad Comitem Prosperu ab Arco. In negotio Legationis Romanæ

Maximilianus etc.

Notum facimus tenore psentium, vniuersis, Quum

57

noster et Imperij Sacri fidelis dilectus Franciscus Joan
netus J. C.us Sa. Cæs. Mtis et Illustriss. Bauariæ Duas
Consiliarius, et publicus Legum in Academia Ingolstadi
ensi Professor, nobis reuerenter exponi curauerit, se magno
Basiliensis cuiusdam Typographi labore et impensis, in
communem Juris studiosorum utilitatem, nuper typis excudi
curauisse: opus se authore compositum: cuius hic est titulus:
De Primatu Prioris geniti Regum, Magnorumq; Principū
Romani Orbis Liber ad L. Cum quid ff. si cert. pet.
De duplici uenatione cum generali tum speciali noua
tractatio, ad L. In pecudum fructu ff. de Vsur. De Romano
Imperio, ac eius Jurisdictione Liber Ad Rubricam C. de
milit. tastam. Francisco Joannetto authore: uererj
tamen ne idem opus, postq; publicatum fuerit, alij temere
æmulentur cum illius typographi non leui detrimento;
Et propterea nobis humiliter supplicauerit, quatenus ex
solita nostra clementia huius indemnitati prouidere
dignaremur, NOS. cum eos, qui de Repub. p̄sertim
literaria tam bene mererj cupiunt: ut industriæ suæ
fructus posteris etiam relinquant, fauore et gratia nr̄a

dignos iudicemus, eius Joanneti postulatis clementer exaudi
tenore pntium, et ex certa nra scientia statuimus et sancim
ne quis omnino per totum Romanum Imperium, cuiuscunq; sta
tus aut conditionis existat, dictum Joanneti Opus, pter
eum, à quo primum idem Joannetus excudi uoluit, per
decennium ab illius operis prima editione, sine ipsius
Joanneti consensu imprimere, aut alibi impressum addu
cere seu uendere publicè uel occulto psumat, sub poe
na quinq; Marcharum auri puri, pro dimidia fisco
nro Regio, reliqua uerò parte ipsi Joanneto, pter
librorum amissionem, quos ipsi Joanneto ubicunq;
locorum reperti fuerint, per se uel suos sibi uendicare,
inq; suam potestatem redigere fas esto, irremissibiliter
applicandarum. Harum testimonio lrarum, manu
nostra subscriptarum et sigilli nri appensione munitarum
Dat Viennae die 7 Aprilis Anno p 63°

Priuilegium pro excudendo opere
Francisci Joanneti.

58 quoniam superiori die, ad accingendam comprimis ad S. D.
Pont. Max. Legationem meam quæ conferre et necessaria
~~max~~ mihi videbantur S. Cæs. V. Mti. pro debito meo
filiali plene scripsissem: haud abs re insuper futurum
existimaui, ipsas et Eras ad Comitem Prosperum ab Arco
utrasq; conscriptas statim et obsignatas eidem V. Mti
cum hisce Eras. mitti: ut, si mea forte sententia ei compro-
baretur, illæ repente, ne maior temporis iactura fieret,
Romam deferendæ curarentur: Sin aliud quidpiam V.
Mti insideret consilij; nihilominus et hæc, et dictas Eras
ad me referri Eadem V. Mtas committeret: Suum enim
in hoc totus, Clementissime Cæsar ac Pater obseruandissi-
me, ne quicq; pter V. Mtis patemum et prudentissimum
consilium temere statuam: Sed ei cum hoc, tum alijs
in rebus, ut debeo, pro filiali mea obedientia, libentissime
paream. Vienna 7 Aprilis Anno 63°.

Ad Cæsarem. In Legationis Romanæ causa.

A Ego Maximilianus Romanorum Rex adiuuante Dno
XV. 59 futurq Imperator, promitto, spondeo, et polliceor,
atq; Iuro coram DEO, me protectorem procuratore

et defensorem fore in omnibus iustis et honestis rebus Summi Pontificis et huius Catholicae Ecclesiae, in omnibus necessitatibus et utilitatibus suis, custodiendo et conseruando possessiones, honores, et Iura eius, quantum Diuino suffultus adiutorio fuero secundum posse meum. Sic me DEVS adiuuet et haec sancta DEI Euangelia. Dat. Viennae 8 Aprilis Anno MDLXIII°.

Exemplar. Iuramenti R.ae M.tis etc.

Maximilianus etc.

60 Reuerende, deuote, fidelis nobis dilecte, Indefessum plane uestrum erga nos studium, et obsequium, quod cum caeteris in rebus, tum, quae sciri à nobis digna aestimatis, tam opportunè significando nobis impendis, ex l.ris tuis, XXVII. ad nos scriptis facilè intelleximus, ac proin singulari etiam benignitate acceptamus et agnoscimus, Quam praeterea plurimum certè adauxeritis, si parem in illis quoque, quam porro isthic à patribus decernentur, ad nos maturè perscribendis, diligentiam nobis praestitam animaduerterimus. fuerit n. id nobis uehementer gratum quod ut uestro aliquando commodo et ornamento comperiamini, libenter curabimus. Viennae XII Aprilis A.o 63°.

Ad Episcopum Quinquecclesiensem
Suarum l.rarum Recepisse.

Maximiliano etc.

61 Magnifico fidele nostro dilecto. Poi che deliberato, et fermamente posto habbiamo di mandare ambedoi nostri figliuoli l'Archiduca Rodolpho et Ernesto d'Austria fra poco tempo per Spagna: Però vogliamo e ti comandiamo, che cosi ogni vostra facenda disponendo t'apparecchi, affine, ch'al giorno prossimano di S. Giouanni senza fallo à far l'ufficio tuo qui compari: come ancora per certo t'attenderemo. Et in cio farai la nostra volunta. Di Vienna d'Austria 14 Aprile, l'Anno MDLXIII.

Al Conte Triuultio p.
In simili.
Al Marc. Anthoni Spinola.

Maximiliano etc.

62 + Ce que du 6e de ce moys escrynes à nous fut donné auec lextraict des nouuelles de France le contenant desquelles nous fusmes fort apres dentendre Et vous demandant a continuer ceste nostre diligence en quoy vous faires chose a nous fort agreable comme par effect aussy a son temps vous appercevrez. De Vienne d'Austrie, ce 14e d'auril Lan 1563

Au Secretaire de Eorck

(63) Sacra Rom. Regia Mtas Cognitis et examinatis, quae in supplicatione et actis in causa inter Antonium Stephani filium, et Franciscum à Tay uertente, sibi sunt proposita, indigne admodum tulit et accepit, dictum Franciscum totius iterato Praesidis Prouinciae Styriae panali mandato, nunquam paruisse. Ac proinde Sua Mtas eidem Francisco expressè mandat et seriò iniungit, ne supplicantem quô minus tutò et pacificè bonis suis una cum uxore et liberis porro comoretur, ac re sua pro arbitrio utatur, unquam impediat: Neue quicquam praeterea molestiae uel uiolentiae ipsi inferat: Et demum hinc prius non abeat, quam de eiusmodi sua graui contumacia, et contemptu praefatorum Praesidis mandatorum plene coram Sua Mte sese purgauerit. Eiusmodi enim contemptui Mtas Sua Regia nullo modo indulgendum esse statuit. ~~Dat 16 Aprilis Anno 63°~~

Decretum per Regem ~~xvi Aprilis~~ In causa Antonij Stephani filij et Francisci à Tay xvi Aprilis Anno Dni LXIII

(64) Sa. Rom. Regia Mtas Tergestinis Legatis respondere iussit; Quoniam Mti suae Regiae nihildum constet, Quid à Commissarijs Tergestam per Sa. Caes. Mtem deputatis gestum relatumque sit: statuisse eius

Mtem Regiam literas dictæ Ciuitatis, eiusdemq; Legatorum supplicationem ad se delatam, Cæsa. Mti transmittere: In arbitrio itaq; eorundem Legatorum fore, ut uel ipsimet ad dictã Cæs. Mtem eas literas ferant negotiumq; illic suum prosequantur: vel eiusdem Cæs. Mtis responsum hic expectent. Viennæ. 16 Aprilis Anno 63.

Decretum per Regem In Causa Tergestinorum Commissariorum XVI Aprilis Anno 63.

XVI. (65) Quoniam S. Cæs. V. Mtas. lris XIIII huius uertentis mensis ad me scriptis, quibus suam de Roma Legationis expeditione sententiam mihi porro declarat, heri manu propria ~~breuiter~~ breuiter rescripsi, meq; clementi et paterno V. Mtis arbitrio hac in re totum submisi, in eo etiamnum pro filiali erga Mtem V. perpetua mea obseruantia, omnino conquiesco: Illis demum quæ accepto à Sumo Pont. responso, Cæs. V. Mtas statuerit, mihiq; iniunxerit libenter etiam obsequuturus.

Contentionem uero inter Diuum Carolum V. Im. et Pot. Max. clementem VII Bononiæ olim obortam quod attinet, et ex me V. Mtas. scire postulat, equidem tam ipse quam Seniores nonulli, qui nunc mihi adsunt, consiliarij, si bene meminimus, ex supremi V. Mtis cubicularij Scipionis Comitis ab Archo

Legationis expeditae Relatione accepisse Nos arbitramur: Quod Pontificij dicto Comiti significauerint eiusmodi contentione de iuramenti formula ibidem intercidisse: atq; eidem Comiti Vrbe abituro constanter promiserint formam illam q̄ demum ab utroq; Diuo Carolo ipsoq; Pontifice unanimiter est approbata, sese statim postea transmissuros. Verum haec in hunc etiam diem ab illis frustra exprolatur. Qua de re plenius V. Mtas ex dicta Relatione et ipso Comite Scipione facile intelligere et percontari poterit. Viennae Austriae. 19 Aprilis Anno. 63°

Ad Caes. Mtem. ~~suam~~ Litteras de Legatione Romana scriptarum Recepisse. Maximilianus etc.

o 66 Etsi antehac de nostra in liberando Wolfgango Schreiber, isthic captiuo uoluntate Vesiris declaranda nihil mandauimus, nunc tamen cum tuis, illiusq; ex literis, tum aliunde exactius comperta, benignitate illū nostra nullo modo destituendum duximus. Hortamur itaq; tibiq; clementer iniungimus, ut iam nulla plane dissimulatione usus, nostro etiam noe ad illius tandem liberationem consequendam nihil porro studij et operae intermittas, eiq; interim sustentando quicunq; necessaria fuerit liberaliter suppedites, In hoc et officium tuum, et nobis quoq; gratum omnino facturus. Viennae 22 Aprilis Anno M.D.LXIII°.

Ad Albertum de Wiss. VD (in liberatione) Wolfgangi Screiber omnē diligentiā adhibeat.

Maximilianus &c

XVII. 67° (~~[illegible]~~)

Quod, in fauorem et commendationem Reuerendiss. Cardinalis Augustani, Principis et amici nostri charissimi, S. D. Pont. Max. nuper scripsimus, id pro summa nostra in eum virum benignitate literis ad itidem Reuerendissimum Card.lem Borromeum denuo scriptis repetendum existimauimus, rogandumq; ut Rs.ma eius D. apud dictum Pontificem, quae nos illius Cardinalis nõe petimus, sua authoritate et beneuolentia sedulo iuuet atq; commendet. Quapropter tuam quoq; operam et studium cum apud ipsum Pontificem tum dictum Card.lem Borromeum q̃ poter, commodissime et diligentissime adhiberi magnopere poscimus, ut aliquis tandem ex iterata ista nra comendatione fructus ad optimum illum Card. Augustanũ deriuet. Id si abs te factum et gratum nobis uehementer fuerit, et plurimum ex eo nostrae in te Clementiae accesserit. Datae Viennae 23 Aprilis Anno 63.°

Ad Comitem ab Archo. Vt Cardinalẽ Augustanũ Card.li Borromeo cõmodet.

Maximilianus etc.

(68)

Nicolao Redingero Vratislauiensi summa mille, octuaginta octo aureorum Polonorum debetur iam pridem ab Hebraeis quibusdam Cracouiae incolis, quam summam cum illi ne nunc quidem ex prescripto obligationis exoluerit: Idem Nicolaus commendatione se nostra apud Ser. V.am eo noe iuuari supplex petijt. Eum itaq; non iniqua presertim postulantem Vra Serenitas, authoritate sua clementer interposita, commendatum inprimis habeat, maiorem in modum cupimus, nostraeq; commendationi tantum tribuat, ut dictus Nicolaus, quod iure sibi debetur, non grauate consequatur. Erit id Regiae V. Sere.tis benignitate dignum, suiq; in nos amoris et beneuolentiae non uulgare indicium, quod grata memoria conseruaturi eidem V. St. omnia foeticissima ex animo semper exoptamus. Vienna Austriae 23. Aprilis Anno MDLXIII.o

Ad Regem Poloniae. Commendatitiae pro Nicolao Redingero Vt id quod iure sibi ab Hebreis debebur, solumdu curet.

Maximilian. XVIII. 69

Maximilianus etc

Intellexisse R. P. V. arbitramur, quid nuper à S. D. Pot. max. Reuerendissimi Cardinalis Augustani, Principis et amici nri charissimi, (quem, pro amore costro in ipsum singulari, plurimis maximisq; eius uirtutibus et egregia perq; ueteri pietate, fidelibusq; in nos et inclytam familiam nostram officijs iampridem excitato, Filijs nostris in Hispanias propediem deducendis consulto delegimus) dimittendi causa petierimus; quanta item diligentia eundē ut Virum de Sacrosancta sede Aplica ac tota etiam Christiana Rep. à multo iam tempore optime meritum, Eius Sancti peculiari tandem gratia aliqua et fauore exornandum donandumq; comendauerimus. Adhaec etsi beneuolum imprimis ab eius Ste responsum accepimus propensa tamen R. V. Dis in nos Voluntate fisi eam maiorem in modum rogatam etiam uolumus, ut apud eius Stem alterum eorum, quae petymus, meritorum praesertim optimi illius Cardinalis remunerationem eo fauore et studio satagat, ut Stas eius id à Nobis non uulgariter expeti pclare intelligat. Neq; defuturas existimamus aspiam

occasiones, quibus Eius Stas cum nostro desiderio, cum huic eximiae pietatis Cardinali egregie et liberaliter consulere qat: Suppetunt enim indies beneficia, pensiones opulentae splendida, ex quibus in illum non indigne conferantur: Occurrunt non raro, Legationes, Gubernationes siue Dominia Ecclesiastica Administratoribus destituta, ad q idem Cardinalis, ob suam egregiam in eiusmodi muneribus obeundis prudentiã, et integritatem antehac saepenumero honorifice testatam, non incommode adhibeatur Et sane quicquid demum horum Eius Sanctitas in eundem contulerit, id ipsa qdẽ in Virum Ecclae apprime necessarium, neque unqꝫ ingratum sibi futurum, positum esse sentiet. Nos uero ut nobis ipsis factum, libenter agnoscemus, gratias insuper eo noĩe pro summo nro officio et obseruantia in eius Stem aliquando relaturi. In hac aũt re cum R. D. V. beneuolẽtia et authoritas, qua, uel suo merito, apud eius Stem pollet maxima, nostrae commendationi cum accesserit (quod equidem ab ipsa iterum atq; iterum exoptamus) quin maximum sit pondus allatura, nihil dubitamus: Nobis certe eo officio ita gratum eadem R. D. V fecerit, ut, uel hoc solo nostrae sibi beneuolentiae et amoris officia plurimũ sit deuictura: Quam pterea R. D. V. recte feliciterq; ualere ppetuo exoptamus. Dat. xxiii Aprilis Anno ꝯ MDLXIII

Ad Cardi^lem Borromeum. Vt Cardinale Augustanũ Summo Pont^ci commendet.

Maximilianus &c.

XIX. (70) Gratum nobis fuit uehementer istud Deuot.^s singula re ~~studium~~ nobis obsequendi studium, quod et antehac persaepe, et nunc etiam binis suis lris XII. et XV. mensis huius die ad nos scriptis probe est contestata: p̄sertim cum p̄terea, q̄ de Cardinalis Moroni aduentu; tractaq; apud uos mora tam accurate significat, Orationem quoq; ab eodem ist hic habitam ad nos maturius miserit. Eam enim libenter admodum accepimus, cuius pollicitationi euentus si responderit, equidem haud exiguum cōmodi Christiano Orbi hinc accessurum sperauerimus.

Probamus insuper magnopere, quam in euitando, quod cum Oratore Lusitano p̄cedentiae causa, intercessurū sibi uerebatur, dissidio, prudentiam T. D. adhibuit, eaq; ut porro et si quid eiusmodi occurrerit, utatur: et q̄ cum ad seipsam, eiusq; functionem tum ad Concilij negotium pertinere animaduerterit, pari ad nos diligentia perscribat, benigne ipsam adhortamur. Quod nostrum erit, T. Deu.^tio suas nobis res et fortunas esse curae, ut ipso aliqn. euentu intelligat libenter efficiemus. Dat. Viennae 26 Aprilis Anno 63°.

Ad Ep̄um Quinque ecclesien.
(rarū binarū de p̄cedentia
Lusitani oratoris p Recepisse.)

Maximilian etc.

71

Ce que par uoz deux lettres du 1.o; et le 20. de ce moys à nous escriuez, et les aduis en icelles donnees ont esté tesmoing assez clair de la uostre seruitù enuers nous, et diligence grande à nous obeir en tout ce, que nous sçauez de nous estre desiré: Et combien nous auions receu parauant quelque part desdz nouuelles par l'Ambassadeur de France, mesmement la capitulation de la paix dernierement faicte en France, ne nous à esté pourtant moins agreable d'entendre aussy la publication d'icelle auec les discours des choses tant parauant que depuis passeés, lesquelles par uous oultre ladz Capitulation à nous ont esté enuoyez. Doungues tout cela de uous receuons benignement en uous promettant que tousiours ladz Vostre uolunte enuers nous sera tresbien à nous recomandeé. A Vienne Au 29 d'Auril l'Anne 1563.

Au Jherosme de Cock
Secretaire de l'Empereur.

72°. Sac. Rom. Regia Mtas &c. Dns noster Clementiss. compertum habet, Quibus tractationibus, in nouissima Rectoris Electione, confirmata prioris functione, facultas artium liberalium generalis studij Viennen. sit praeterita: Quam tamen constet viris in munerij idoneis minime destitui, ac proinde Rectorem illi praeter ordinem sufficiendi causam nullam fuisse. Et tametsi Sua Reg. Mtas in confirmato iam Rectore, quae ad eam dignitatem honorifice et utiliter obeundam expetuntur, nihil desyderet quin eum singulari etiam benignitate prosequatur: Cum tamen eiusmodi confirmatione siue continuatione comprobatis iam pridem huius Gymnasij legibus, praecipue uero Sac.mae Caes. Mtis Declarationi et constitutionibus aperta fiat iniuria: sane illam eadem Regia Sua Mtas tam Sa. Caes. Mtis quam suo nomine non potuit non indignissime ferre. Mandat igitur serio Eius Mtas de caetero non in eiusmodi solum electionibus uerum in alijs etiam quibuscunque actionibus in lecturis praesertim philiae, quibus antiquitus designatae sunt, libere relinquendis iamdicta statuta Imperatoriasque constitutiones sancte obseruari ac intemerata semper custodiri,

eiusq; contrarium a nemine quacunq; denum uel persuasione uel pretextu posthac suscipi: Sed et in proximo Rectoratus commutandi termino, (in quo usq; huius Rectoris Magistratum produci mera ex gra conceditur.) Praefatae Artium liberalium Facultatis rationem omnino haberi, eiusq; ex ordine huic functioni idoneum deligi et comprobari. Et haec est seria et expressa Sac. Ro. Reg. Mtis uoluntas, iussus, et sententia.

Decretum per Reeem Vltima Aprilis Ao 63o de Rectorata Viennensi.

Maximilianus etc.

Confirmatio Germaniae protectionis officij Cardinali Augustano ab Imp. delati

XX. 730 Quoniam Reuerendiss. in Chro patris Dni Othonis Cardinalis, Epi Albani, et Augustani, et Prepositi Elwangen., principis et amici nri charissimi, cum uirtus probitasq; quibus agendarum rerum experientia, et in oi uita prudentia coniuncta est, tam mirum insuper studium ac pietas, quibus nostram inclydam Austriae familiam in primis, et patriam suam nobilissimam Germaniam perpetuo coluit, multis sane praeclaris testimonijs comprobata, passimq; cognita iampridem essent: optimo sane consilio Sac. Caes. Mtas Dns et genitor noster obser

uandiss illum pclaro ei munerj, quod ab antecessoribus nostris, more non improbando, Nationis Germanicae protectionis apud Sanctam Sedem Aplicā nomine, iuris semper laudatissimis demandarj consueuit, adhibendum superioribus annis delegit: peculiari id diplomate cuius uerba hic singula subiungimus, contestata.

Ferdinandus etc. Recognoscimus et notum facimus tenore psentium Vniuersis. Cum Deo opt. Max. placuerit nos ad hoc sublime Imperij fastigium extollere, facile eqdem intelligimus, nobis pro tam excelsi excelsi numeris ratione, oī studio fore inuigilandum, ut quādo omnia omnibus in locis coram pstare nobis non licet, illis impartiamur oneris partem, quos ad sustinendum tale onus maxime idoneos et aptos esse cognouerimus. Inter caetera autem, q nobis minime negligenda uidentur, est etiam proueterj diuorum Praedecessorum nostrorum mores singularis qdam cura seu protectio ipsius Sacri Romanj Imperij apud Sanctam Sedem Apostolicam habenda. Posteaq ergo Rmus quondam Carlus Compostellanus, qui dum

in humanis ageret, ex Comissione Diui Caroli V. Augustae m
fratris nostri charissimi, hanc curam et protectionem Sacri
Imperij apud Sanctum Apostolicam Sedem gessit, diuina uolun
tate proximis annis ex hac humana uita migrauisset, existi
mauimus eydem nos rectissime facturos, si eam prouinciam
Rmo in Chro patri dno Othoni S. R. E. tituli Sanctae Sabi
nae Praesbitero Cardli Episcopo Augustensi et Preposito in
Elwangen Principi et amico nostro charissimo commit:
teremus, ut qui natione Germanus existeret et ob eximiam
industriam rerumq; agendarum dexteritatem ac pluri:
mas Preclaras animi dotes, nec non singularem paternita
tis suae Rmae ac maiorum suorum erga nos et Sacrum
Romanum Imperium fidem et obseruantiam, ad id munera
gerendum inprimis dignus et aptus uideretur, quemad
modum tunc comisimus, ut apparet ex litteris nostris die
septima mensis May. Anno Dni Millesimo, Quin:
gentesimo et quinquagesimo octauo datis, atq; nunc
rursus hoc nostro diplomate committimus. Paternitati eius
Rmae denuo demandantes Precipiam ipsius Sac. Rom.
Imp. et principatuum ac Dominiorum, adiunctorum
et pertinentium rerumq; eo spectantium curam et onus
protectionis apud summum D. N. et sanctam sedem

Apostolicam cum omnibus inde dependentibus, emergentibus et connexis, et pro ut ante dictus quondam Rmus Carlis Compostellanus eam habuit et gessit, Volentes ac statuentes ut Paternitas eius Rma omnibus poliatur et fruatur Prerogatiuis, emolumentis et honoribus, q propter huiuscemodi protectionem dari atq; concedi solent, dantes etiam eidem Rmo Cardli ob id omnes facultates authoritatem et potestatem ad proponendas et expediendas eorum ipso Smo D. N. et Sacro Carlium collegio in consistoriis Electiones seu postulationes omnium Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatium et reliquorum Prelatorum In Sacro Romano Imperio Germanicae nationis existentium, quorum confirmatio ad Sanctam Sedem Apostolicam spectat, ita ut sine ullo prorsus impedimento istiusmodi protectionem exercere pt possit et ualeat, perinde ac si ipsemet hanc curam protectionis Sacri Imperij apud Sanctitatem Summi Pontificis et Sanctam Aplam Sedem psentes gereremus. Harum testimonia literarum, manu nostra subscriptarum, et sigilli nri appensione munitarum. Dat. Viennae 20 Januarij Anno 60 ...

Cui protectionis muneri, cum Idem Car.lis ab aliquo iā tem-
pore ea laude eaq; dexteritate, semper p̄fuerit, ut non
solum Caes. Mti, omnibusq; p̄terea totius ferè Imperij
Electoribus et principibus egregiè satisfecerit. uerum q
cunq; demum opera eius, patrocinio beneuolentia apud
dictam Sedem Aplicam hactenus indignissent, benigne
se adiutos fotosq; esse passim p̄dicent: Sanctiss.o aut
Dno Pont. Max., et Amplissimo Cardinalium ordini,
pro plurimis maximisq; cum in illos, tum saepedictam
S. Sedem Aliam officijs suis magnopere charus sit
et cōmendatus. Eorum deniq; omnium, q̄ ad eiusmodi
munus pro totius Germaniae cōmodo et ornamento
obeundum exiguntur in dicto Card.le ita plane nihil
desideretur, ut nullum totum ferè Imperium optatiorem
magisq; ad illud idoneum hoc uno uiro nobis suppe-
tauerit: Nos ad hanc Regiā Rom.
dignitatem, diuino arbitrio euecti, nostra quoq; auth-
ritate, qua proinde nunc fungimur, Eundem Card.lem
Augustanum hoc ipso in munere protectionis Germaniae
Nationis apud San. Sedem Aplicam clementer comp

et confirmamus: oiaq; et singula, q̄ eiusmodi officijs rat
agenda curandaq; à S. Cæs. Mte illi committuntur et
demandantur, ipsi quoq; committimus et demandamus: con-
firmatumq; eo modo, quoad uixerit, manere uolumus
et decernimus: In cuius nostræ confirmationis testimo-
nium has Regias, nostra et manu subscriptas et sigilo
munitas confici literas iussimus, q̄ datæ sunt Vienna
Austriæ vltima Aprilis Anno &c MDLXIII°

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg